

lexit divinitus sibi dari indicium, quod totum a fundamentis renovari conveniret templum. Illicoque summo mentis ingenio coepit, ipsius aecclesię reformandę mirificum construere apparatus. Quam denique cum ^{t)} coepisset ^{u)} reędificare positione mirabili valde longiore ac latiore, quam fuerat, ignotus tamen erat universis locellus, quo pęciosi martyris membra claudebantur Benigni. Quoniam ^{v)} sollerti cura taliter antiquitus fuerat reconditus, ut illo ^{w)} fiducialiter veneraretur martyr per ęvum, ubi felici morte occubuit propter deum. Sed a quibusdem minus ^{x)} cautis ^{y)} dicebatur etiam ibi non haberi. Cuius ignoratio rei nimium mestificabat animum patris Willelmi. Tali quoque defectu anxio revelatum est visione pulcherrima per ipsum dei martyrem ipsius honorabile sepulchrum. Erat enim, ut beatus multorum sanctorum descriptor miraculorum Gregorius Turonorum pontifex ¹⁵⁾ refert, pregrandis ^{z)} archa lapidei sarcofagi continens illud ^{a)}. Pro cuius incredulitate narrat isdem ^{b)} sanctus alterum sui ^{c)} nominis Gregorium Lingonicensem ^{d)} episcopum acrius quondam fuisse increpatum. Cuius ^{e)} nanque positionem loci antiqua vetustas occuluit. Nam coram pęcipuo illius monasterii altare ^{f)} profundius habebatur defossum memoratum sepulchrum. Quod continuo requirens invenit aperiensque illud ^{g)} contingere meruit sacratissima egregii martyris ossa. In cuius etiam cerebro, quod in descripta ipsius passione legitur ¹⁶⁾, vulnus ferreo illatum vecte apparuit. Quę omnia integro ^{h)} numero pęcipientibus honestioribus tam episcopis quam cęteris diversorum ordinum vel sexuum cum odoriferis timiamatibus ac psallentium choris in eodem recondidit sarcofago. Indeque paululum ad orientem illum amovens in pulcherrimo atque incomparabili (*fol. 226^r*) locavit tumulo. Dehinc nanque pater venerandus acriori accensus devotione reformandę opus basilicę instantē ⁱ⁾, quemadmodum decreverat, accelerabat perficere. Quoniam, ut diximus et presto est cernere, totius

t) tum cepit *R*

u) quia *BM*

v) illic *R*

w) incautis *RBM*

x) pergrandis *BM*

y) illum *RBM*

z) idem *RBM*

a) sancti *BM*

b) Lingoniensem *BM*

c) Eius *R*

d) altari *R*

e) *fehlt B*

f) integra *R*

g) constanter *B*

¹⁵⁾ Gregorii episcopi Turonensis, *Miracula et opera minora*, hg. von Bruno K r u s c h, MGH SS rer. Merov. 1, 2 (1885) S. 72 ff.

¹⁶⁾ AA SS, Nov. 1, hg. von Gulielmus v a n H o f f (1887) S. 152, 153 u. passim.